



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 89. De Maurorum ejectione in Regis Senatu deliberatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

bant, ut hic rem apud Regem fortiter Sæc. XVII.  
urgere decerneret.

A. C. 1610.

## §. LXXXIX.

*De Maurorum ejectione in Regis Se-  
natū deliberatum.*

Interim ipsemet Valentinus Archiepi- *Mercur.*  
scopus non modo Philippum Regem *Gallobelg.*  
iterato de Moriscorum, uti vocabantur, *lib. 33.*  
ejectione admonebat, sed etiam missio *Hist. mem.*  
Romam Francisco de Quesada Paulum V. *da Aless.*  
*Zilio l. 10.*

Papam desuper consultabat, a quo e-  
tiam in suo firmabatur proposito. Hæc  
edoctus Rex convocatis, qui ei a secre-  
tis erant, Viris integerrimis, necnon  
accitis Theologorum longe celeberrimis  
duo hæc capita maturæ deliberationi  
subjicienda eis commisit, & quidem  
primo, an Moriscorum ejectio Reipu-  
blicæ intersit II. utrum id salva con-  
scientia fieri queat? Diversi in diversas  
abiere sententias, Politicis funesta exin-  
damna, ingensque ærarii Regii detri-  
mentum prætagentibus, Ecclesiasticis  
vero Religionis dispendium; imminens  
Regni æternæque salutis periculum,  
necnon læsas conscientiæ leges exagge-  
rantibus. His rationum momentis  
juxta affectuum varietatem in utram-  
que partem diu ventilatis Rex denuo  
Theologis suis tres quæstiones omnino  
deci-

Sæc. XVII. decidendas proposuit, inter quas prima  
A. C. 1610. erat, An Rex salvo jure Moriscos suis  
bonis spoliare valeat. II. Utrum eos  
tanquam hæreticos & Apostatas puni-  
re possit III. An tot homines in Afri-  
cam remittere valeat, ubi tamen certo  
Mahometem palam professuri essent:  
Ad primum responderunt Theologi,  
Regi integrum esse, eos tanquam sedi-  
tionis ac perduellionis reos bonorum  
proscriptione punire. Alteram quæstio-  
nem expediebant Theologi afferentes,  
primos Moriscos non vi ad fidem Ca-  
tholicam fuisse compulsos, sed eis ar-  
bitrio fuisse relatum, vel Mahometem  
ejurare, vel Regno excedere, proin  
eos, qui remanserunt, ac potiori jure  
eorum Filios, Baptismo ac fide semel  
suscepta nunc vero relicta, hæreticorum  
pœnis subjacere: Tertio denique respon-  
debant, securius esse, hosce rebelles  
perversæ suæ voluntati relinquere, quam  
fidos subditos Christianos ex continuata  
cum Moriscis Societate præsentaneo  
seductionis periculo exponere, præser-  
tim cum de Maurorum conversione  
actum esset. Obstatabant tamen Valen-  
tini Regni Ordines, Regi exponentes,  
Maurorum ejectione agros, vineasque  
in horrida deserta converti, Mercato-  
rum officinas operariis destitui, ac proin  
com-

commercium (familiare illud hærefes Sæc. XVII.  
invehendi medium) intercludi. A.C. 1610.

§. XL.

*Maurorum ejusq; a Rege de-  
creta.*

Ponderatis hisce rationibus ultro ci- *Calmet l.c.*  
troque propositis. Philippus Rex *Jacob.*  
Religionis tuendæ studiosissimus ad *Bleda defens.*  
præcavenda tot scandala, sacrilegia, *fid. contra*  
*Moriscos.*  
atque assiduas Divinæ legis profanatio-  
nes, Mauros omnino Regno expellen-  
dos esse ad extremum decrevit, habita  
potius Ecclesiæ, & conscientiæ, quam  
privati commodi ratione; non ignora-  
bat equidem, e tot hominum millibus,  
si retinerentur, ingens tributorum, Re-  
gii fisci ac Hispanici ærarii compendium  
sperari posse, si vero pellerentur, detri-  
mentum sequi, nihilominus fartæ tectæ  
conservandæ Religionis Studio, quo ar-  
debat, prævalente, unaomnes in Mau-  
ritaniam transmarinam propellere sta-  
tuit: ne vero Ottomani ad fœrendas  
Mauris suppetias ejusdem superstitionis  
Societate pellecti accurrerent, Rex om-  
nem, quam ejus prudentia deposcebat,  
cautelam adhibuit, vicinas maris oras  
valida classe, urbes maritimas, montes  
& via-